Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8377
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

IIII

Postea considerandum de ritu celebrandi hoc sacramentum sive de celebratione missarum. Et primo de ipsa celebratione in toto. Secundo in speciali de celebratione pbri mali. Tertio de tempore celebrationis. Quarto de loco et vasis. Circa primum quaerunt plura sicut utrum liceat pbro peccto abstinere a consecratione eucharistie. Rideo quia hoc est duplex modus dicendi. Unus est quod pbro licet omnino a consecratione abstinere nisi teneatur ex cura sibi commissa pplo celebrare et sacramenta procurare quia si sit pbri parochialis omnino de altari debet sumere alterum. Et aliter de altari non vivat sed in libertate sua maneat non teneatur magis quam alio de dicto sed magis de bono et equo et honesto est. Bonum. Sed contra hoc obiciunt quia pbro impositum est sacrificandi officium sed officium sine usu est otiosum et qui habet talentum eo uti teneatur ne cui semel negum detur ergo teneatur sacrificare. Rideo officium sacrificandi non imponitur ut illud homo nunquam exequatur sed pro loco et tempore ut expedire sibi videbitur et ideo si consulo dicitur quod ob sue dignitatem et sacramenti reverentiam abstineat non peccat. peccat tamen quod non

de. i. quia alibi sic quia ecclia nec est verum corpus christi vera sacerdotia nec vera sacrificia quia illud et omnia alia mera similia debent intelligi de virtute fructus non de veritate sacramenti nec ecam illud quod dicit ibidem sic quod hereticis solis baptismatis esse permittimus intelligitur eum quod licet in nullo tamen baptisare sed si nullo casu possunt licite eucharistiam consecrare vel alia sacramenta conferre nec ecam illud quod dicitur. i. quidem sic quod degradatus licet habeat potestatem baptisandi non tamen consecrandi quod debet intelligi naturaliter et non assertive ut ex ministrando potest haberi. Secundum tamen quod licet prius ab ecclia vere consecret secundum predicta non est tam efficax oratio eius quam zelo est quia pbr in ordinibus loquitur in persona ecclie in qua unitate manet et ideo si separetur ab ea omnes eius non valerent sed in consecratione loquitur in persona christi cui vicem gerit nec hoc per ordinis mutatione eis veritatem seu potestatem et ideo si precisus ab unitate ecclie missam celebret quia potestatem ordinis non perdit consecrat verum corpus et sanguinem xpi hec. Thomas.

De Celebratione ayusse

Circulus tredecimus in ordine